



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

s. præsumpt: 42. n. 5. Verum licet domicilium originis conferat diversos effectus, ut ad Ordines suscipiendos ab Episcopo originis, non minus quām ab Episcopo beneficii aut domicilii, attamen in ordine ad jurisdictionem acquirendam, quām maximē spectantur dōmīciliū habitacionis, aut beneficii residentiam postulantis quod sua cuique voluntas domicilium facit, ubi larem, rerumq; suarum fortunam constituit, **L. Cives. 7. de incolis. Ratio:** qui hoc absolute jurisdictioni hominem subicit: at verò domicilium originis secundum quid', ut scilicet conveniri possit ibi duntaxat si in loco præsens sit ut docet Barth. **incit. L. assumpcio.** Quin imo testatur Gail: lib. 1. obs: 36. in Germaniâ nostri per arbitrariam domicilii mutationem amitti jura originalia, tum quoad munera, & præstationes, tum quoad jurisdictionem, adeò, ut in quibusdam civitatibus ob hanc liberationem, quidpiam secundum bonorum æstimationem penitendum sit. **L. domicilium. 20. ff. ad municip.**

4. Si petas prærogativam domicilii habitationis in quo sistat? **Dico.** in duabus po-

tissi-

tissimum. 1. quod Judex habitationis do-
micii jurisdictionem habeat in personā,
etiam dum extra territorium, seu diœce-
sis moratur: cùm enim absolute subdita
sit, & non secundum quid, non tollitur ei
subjectio per egressum: Unde etiam ab-
sentem constringere potest arg: cap. cum
contingat. 13. deforo comp: non quidem cita-
tione reali, seu captura (hoc enim actu ju-
diciali violaretur jurisdictione aliena) sed
verbali: quippe quæ in proprio territorio
decernitur, licet eius intimatio per nunti-
um foris fiat. Atq; hac ratione Clericus v.
g. per præceptum ac sententiam Episcopi
etiam extrà territorium p̄cipientis, pro-
pter contumaciam excommunicari po-
test. Laym: lib. 1. tr. 5. p. 1. c. 4. n. 7. Dico de-
inde, quod subditus ratione domicilii ex-
tra territorium delinquens (nisi à Judice
delicti præventus fuerit) citari, puniri,
imò ob contumaciam etiam absens ex-
communicari possit à Judice domicilii. ut
benè Ioan: And: & Imola in cap. 3. deforo
comp. Vide Titulum 2. cap. 3. conclus: 4.

5. An quasi domicilium vim aliquam
conferat? Recte, si enim habitatio trans-

D 4 fera-